

In verbis gaudet te delectum adhibere vulgo vix obser-
vatum. nam ut hodie perversi mores obtinent, om-
nibus promissis sententiis, omnia bonorum intervalle
videas applicari. Est ubi canitur, Venit mulier
peccatrix e civitate, et attulit alabastrum un-
guenti tu: Hujusmodi Historici equidem fateor, nullos
me bonos aptare didicisse, neque ijs, qui hoc tentant,
rei gestae gloriam invidere. ac proinde pathica
quam maxime selegisse, quibus exprimentis operam
dare cum fructu possem et energia. Satis hoc
alicubi successerit, penes te arbitrium esto. Vale
Vix Eximie, et me ama. Hagae comiti vi. Id: Mart:
C1010CXLVIIIC.

Ewendelino. Amplissime ac Doctissime Viro (411)

Ecce quem tantopere expectasti Frisicarum L. L. inter-
pretem Sibrandum Siccam scriptorem eruditissimum.
sed a quo non id amne pecto ceberis, quod fastasse
sperasti. Est iste Amici codex, non meus, restitu-
endus proinde mox atque nulli amplius usui futurum
videbitur. succedet olim alius, quem plane tui juris
faciam, si tanti videbitur. Districtior nunc sum,
quam ut hisce curis incumbam. Ecce me enim
in provinciam itineris Burgundici, quo me Princeps
ablegat occupanda post liminibus tot Illustribus bonis
quibus injuria temporum hactenus caremus. Patere
me in hoc subito rerum confluxu abruptum vale-
dicere, ac tibi Vir summo, omnia quae faustissima
a bono Deo apprecari. Hagae Com: vii Cal: Jun: 1648.

A. Mariae. Schur-
mannae.

Nobilissima Domina. (412)

Scribe tui gregis hanc, uno verbo, praestantissimam virgi-
nem: quam si ab ingenio commendem omnium Be-
narum rerum capacissimo, a modestia et humanitate
utraque exemplari, a pietate supra aeternas virtutes
singulari, injuriosus quodam modo sim, et supervacui sermone.

Famae

Fama id commissum esto. Hanc si presentia minuit, per
 me licet, ut cum ipsa sim tunc tua semper amicitia.
 Nihil est, quod gravior utrinque imprecer. Dum tamen
 profiteor, qua hanc humanitate exceperis, in me colla-
 tam fore, ne indignare si mei Philosophi tria verba
 adscribe, et hoc anbacule te doceo, qui mihi prodest, ut
 per me prosit et sibi, non dedisse beneficium, quin me
instrumentum utilitatis suae fecit. Explicabis hoc tibi,
 mox atque Mariam Casenbrochiam perspexeris. Numquam
 ut facias a te contendo, de ijs quae sequuntur valde
 secutus. Vale saeculi illustre sidus. Scribo rapitini quod
 cominus expositurus eram, nisi me vis major aurea
 servitutis procul a vobis abegisset. In vico Batavorum
 oppido Neomago. Postrid: Id: Sentil: MDCLXX.

Illustrissimae virtutis tuae
 perpetuus admirator.
 C. H. (1113)

Ben: a Hessel
 Persona in Loon.

Non distulissent hanc rescissionem Vir Amplissime, si
 quidem rem tuam a Principe potuisset impetrari.
 Ille vero cum se opponat hactenus ijs argumentis,
 quibus fulcitur causam tuam, etiam ex intervallo
 conatus sum, quo quid subinde novi ponderis habere
 viderentur, superest ut ipsemet experiaris, quanto
 praestantior me arator sis. Ejus rei periculum
 brevi te Haga facturum spero, quando hinc frequentibus
 literis domum revocamus, et molestissimo negotio
 quo hic distinemus, sic defungi festinamus, ne rem
 adnam ab iniuncto Principe frustra tentatam im-
 probi subsanniant. Vale Vir Amplissime et
 me ama qui veri sum tibi addictissimus.

Groninga xv. Cal: Nov:
MDCLXX.

Gibetto Mercatori
 Senatus Embriensis
 a secretis.

Vir Amplissime (1114)
 In prociuctu magni et per hanc anni tempestatem mo-
 lestissimi i finetis, quo in Frisiam usque Orientalem
 nomine Principis mei excurrendum habeo; brevibus hoc
 Epigrammatium remitto: quod quia immerito tu
 quidem tanti facis, ut lima veritatis dignum existimes
 adhibui